UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Verberatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Visual Library

esse,quòd peccatum constituerit mortale.Nam ex nimia venatione contingit,ꝙ minorem homines habent curã de familia.de repub.vel alijs, ad quæ tenentur. Quintò,quando domini priuant alios ne possint venari, quod est contra naturalem legem,hoc enim tyrannicum est:secundũ Cae.in summ. ibi,cõtra bonũ cõmune,contra libertatem & vtilitatem, & tantùm est propter proprium bonum delectationis. Ideò non excuso à mortali tales, maximè quando apponunt pœnam notabilẽ alijs venantibus,nisi ab antiquo, cuius principij non esset recordatio, venationes sint domino reseruatæ, & tunc etiam pœna debet moderari.Nõ enim propter vanam venationẽ æquũ est vt quis occidatur, vel mutiletur, neque tales leges vel statuta videntur tolerabilia,& iusta.

VENDITIO.

VEnditio,suprà, Emptio, & Negotiatio,& Monopolium,per to.

VERBERATIO.

1 VERBERANTES scholares causa correctionis,& parẽtes filios clericos etiã in sacris,licitè faciunt,nec incidunt in canonem,si moderatè faciant. sup.Excõmunicatio.1. Non enim hoc fit suadente diabolo,sed iustitia.

2 VERBERATVS ex eo ꝙ nõ potest soluere,si veniat ad pinguiorem fortunã,nõ tenetur amplius soluere:secun. Bal.in l.fi.C.in ius voc.quia luitio corporalis cedit loco solutionis.glo.in c. sicut indignũ.de homi.Secus est,si est impotens,& differatur solutio,quia tenebitur quando venerit ad pinguiorẽ fortunã.c.Odoardus.de sol.& ibi Pa. Si autem est impotens,& cedit bonis, & non luit pœnam,tenebitur:vt dicit gl.in regul.peccatum.in 6. licèt aliqui contrariũ teneant, primũ tamen melius.suprà,Restitutio,§.55.

VESTIS.

VEstis,suprà, Ornatus, per totum. Consecratio,§.12. Benedictio,§.3. Abbas.§.8.

VICARIVS.

1 VICARIVS est, qui alterius vices gerit, siue in officio contentioso, siue non,extrà de eodem,per to. Et in direc.li.5.tit.8.c.de of. eius qui vi. alge.per totum.

2 VICARIORVM quidã sunt perpetui,& nõ ad tempus,vt qui ecclesiarum parochialiũ curã habẽt,& qui episcopi authoritate cõstituuntur,c.ad hæc.de of.vic. & tales aliã vicariã habere nõ possunt.c.prouideas.eo.ti.nec sine causa possũt amoueri.d.c.ad hęc. & debẽt habere 25 ann.& promoueri ad sacerdotiũ.in cle.quę de ecclesijs. eod.ti. aliàs ipso facto sunt priuati,& tales constituuntur solùm ecclesia parochiali,non rurali:secundum glo. in cle. vnic.eod.ti.& non possunt constituere vicarium alium perpetuũ,sed hẽ temporalẽ:vt dicit Car.ibi. Potest tamen instituere perpetuũ vicarium authoritate Episcopi rector ecclesiæ: secundum Arch.Flor.

3 QVIDAM sunt vicarij tẽporales, sicut mercenarij in adiutoriũ curę animarũ assumpti,quando scilicèt rector per viam delegationis cõmittit illi authoritatem audiendi cõfessiones,quia hoc potest,etiã non habenti curã animarum,nisi sit ei prohibitum, vt peregrino,& ignoto.de cle.pereg.per tot. quia committere istis, ad Episcopum spectat.c.tuæ.de cler.peregr. Idem si committatur religioso,cui à sua regula,vel prælato prohibetur.

4 ALII sunt vicarij deputati super aliqua diœcesi,vel prouincia, vel loco, de quibus est c.pe.eod tit.& c. adijcimus.16.q.1. qui dicũtur iurisdictionales,tantã habentes authoritatẽ, quãta eis conceditur.c.accepimus.de pri.

5 ALII sunt vicarij generales,qui ad omnia incũbentia prælato cõstituuntur,nõ solùm respectu curię, sed etiã respectu omniũ incũbentiũ, & possũt cognoscere causas totius diœce.inquirere.corrigere excessus,& huiusmodi; nõ tamen beneficia cõferre.c. cùm generali.eod.tit.habent ordinariã iurisdictionẽ,& possunt excõmunicare,sed quia in Italia vicarius, & officialis ratiõ differunt,inspicienda est eorũ commissio,quæ & quanta sit, & iuxta illius tenorem iudicare.